



**Epistola christiana admodum ab annis quatuor ad quenda[m]
apud quem omne iudicium sacrae scripturae fuit, ex Bathauis
missa, sed sprete, lo[n]ge aliter tractans coenam dominicam
q[uam] hactenus tractata est, ad calce[m] quibusdam adiectis
Christiano homini pernecessarijs presertim hijs periculosis
temporibus.**

<https://hdl.handle.net/1874/431260>

u 6

EPISTOLA CHRISTI-

ana admodum ab annis quatuor
or ad quendam apud quem omne
iudicium sacrae scripturae fuit,
ex Bathauis missa, sed spreta, lo-
ge aliter tractans coenam domi-
nicam quae hactenus tractata est,
ad calcem quibusdam adiectis
Christiano homini perne-
cessarijs presertim hys
periculosis tempo-
ribus.

¶ i. Corinthi, xi.

Non potestis Coenam domini-
cam manducare quod unusquisque
propria coenam occupat in
edendo.

• M · D · XXV ·

De vita
Socratis

PLATONIS
DE VITA SOCRATIS
Socratis vitam et mores
describit. Socrates
philosophus fuit
et in Athenis
vixit. Socratis
vita et mores
describitur in
Platonis dialogis
Symposium et
Phaedrus. Socrates
fuit philosophus
et in Athenis
vixit. Socratis
vita et mores
describitur in
Platonis dialogis
Symposium et
Phaedrus.

3A

DOMINVS NOSTER IESVS CHRIS-
 tus multotiens suis remissionem peccatorū
 promittens, uolensq; in ultima cœna suorū animos
 confirmare, pignus promissioni addidit, ne aliquo
 modo uacillarent, quemadmodū sponsus, qui cupit
 suā spōsam certam reddere, ne quo modo dubitet
 dat ei annulum dicens, **A**ccipe de me ipsum tibi, il-
 la annulum accipiens, sponsum credit esse suum, ac
 animum ab omnibus auertit amatoribus, & suout
 placeat marito cogitat. **S**imiliter sumens Eucharis-
 tiam pignus spōsi sui, qui seipsum dare testatur, fir-
 miter credere debet, Christū iam esse suum, pro se
 traditum, atq; sanguinem eius pro se fusum, **Q**uare
 animum ab omnibus auertet quæ prius amare solet
 & soli Christo inheret, querens, quæ placita sunt
 ei semper, pro se autē nihil magis sollicitus erit, sed
 omnem curam reijtiet in Christum, quem suum cre-
 dit, atq; eum solum abunde satis esse sibi ad omnia,
Hoc est uere Christum manducare, & sanguinem
 eius bibere ut ait Saluator Ioan. vi. Qui manducat
 meam carnem, & bibit meum sanguinē, in me ma-
 net & ego in eo, **Q**ui uero sine hac fide Eucharistiā
 sumunt, Māna Iudeorum potius, q̄ Christum uidē-
 tur manducare, **H**uius tamen uiuacissimæ fidei sco-
 lastici Romani non meminerūt, sed aliam quandā
 mortuam diligenter docuissē, putabant esse satis, cū
 dicerent, Panem post cōsecrationem, uerum Chri-
 sti corpus esse, Et de modo quo hoc fiat multa subti-
 lia, nullis scripturis probata, **S**ed fides illa, cū histo-
 rica sit, clarum est, q̄ iustificare nō possit, an autem
 temere accepta damnari non possit uideamus, **Cer-**

nimus enim per hanc, panem consecratum adorari
& modis omnibus honorari pro deo, qui si deus non
est, **R**ogo quantum ab illis ethnicis, qui ligna & la-
pides coluerunt, distamus. Putabant enim illis nu-
me inesse, quod non erat, nec lapides uoluissent ado-
rasse, nisi prius illos temerarij deos esse credidissent.

Quod dicitur, Nos uerbum dei habemus dicentis,
Hoc est corpus meum, **V**erum est, Verbum domi-
ni habetis. **E**t similiter habuistis quod pro tyrānide
faceret Rōna, scilicet, **Q**uod cūq; ligaueris &c. Sed il-
lud diligētius excussum, inuentum est nihil pro ty-
rannide facere. **Q**uare item presentia discutiamus,
ne nobis, duces cœcos sequentibus, simul cum illis
in foueam cōtingat incidere, **V**etuit enim dominus
credere illis qui dicunt hic uel illic est Christus, quæ
fidem habere nō debeo dicentibus in pane esse Chri-
stum, alioquin non possem me excusare quasi decep-
tum, qui præmonentem recusassem audire Christū.

Sunt enim nunc tempora illa periculosa, in quibus
hoc fore prædixit, **N**ecq; Apostoli de hoc sacramen-
to ita locuti sunt, panem fregerunt, panem appella-
uerunt, & de hac fide Romana tacuerunt omnes. **N**ec
obstat Paulus, i. Corin. x. qui licet dicat, **N**one pa-
nis quæ frangimus participatio corporis domini est
Non tamen dicit, Panis est corpus domini, ut illo lo-
co fere manifestū sit, Est, pro significat exponi, quod
euidētius patet ex comparatione quam facit de pa-
ne nostro, ad immolata ydolis, **Q**uæ fatetur in uerit-
tate non mutari, tamen ea dicit esse uel significare
quandam communicationē cum diabolo, cui sunt
immolata, **Q**ua de causā docet abstinendū ab illis:

Mar. 15.

1. Cor. 10.

S.

qui dicunt (ut recitat erasmus in annotatione Epi.
i. ad Cninth. xi.) Christū prius consecrassē panem
& postea hec uerba, Hoc est corpus meū enunciaſſe
de pane iam trāſſubſtātiato, Sed esto q̄ per illa uer-
ba consecrauit hoc est. &c. Quis iā audebit corpus
Christi ore sumere & comedere absq̄ mādato Chri-
sti? mandatum autē non habemus sumendi, si hoc
facite, ad consecrantes non ad sumentes debet refer-
ri. Nam que in Iohanne sunt, Non de oris, sed fidei
manducatione intelligunt. Si uero dixerit quis, uer-
ba predicta significare, hoc quod uos facitis facite,
quod est corpus meum cōmedite, & cū non sit inter
mortales, qui hoc posset dare, quid ergo faciemus?
expectabimus ne donec ip̄e Christus ueniat atq̄ mi-
nistret, aut aliū mittat qui hoc possit dare, qđ iussi
sumus sumere, uel si alicui dedit hāc potestatem, p̄
que uerba dedit rogo. Non potest hec oratio hoc fa-
cite, duo significare neq̄ hoc singularis numeri plu-
demonstrare. Sūt qui dicūt factū Apostolorum de-
monstrari, & quia hoc nō possunt facere nisi sit qui
administret, ergo implicite intelligi Christum de-
disse potestatem administrādi: **Et hoc toti ecclesie:**
que habet ordinare ad hoc personas certas, quemad-
modū facit ordinādo sacerdotes. Obscura sunt hec
& tenebrosa nimis, admissis tamē istis, quero quos
panes consecrat sacerdos dicendo uerba præmissa:
Tantū inquit illos quos intendit demonstrare p̄
illud p̄nomen hoc in cōsecratione prolatum. Ergo
laicus qui de cōsecrantis intentione non potest esse
certus, cogitur credere esse Christū qđ an Christus
sit certo scire nō potest, nec unq̄ Laici erūt certi, ue-

**Consecratio-
nis uerba
examinat.**

rū ne sacramentum accipiant nec ne, **Certe** abyssus
multa religio hec, sed relinquamus ista, & consecra-
tionis uerba examinemus, & sunt hec, **Accipit** le-
sus panem benedixit, fregit deditq; discipulis suis
dicens, hoc est corpus meū. **Tam** consecrans uel di-
cit hec uerba in psona sua, uel ecclesie, uel Christi, Si
in sua, suū corpus uidetur uerius conficere, q̄ dñi.
Si in persona Christi non bene cōueniunt uerba be-
nedixit, fregit, que potius sunt Christi factum reme-
morantis q̄ in eiusdem persona loquentibus; **Nec**
dixit Christus hoc facite meo noīe, Sed in mei com-
memorationem. **Alias** quēadmodū in baptismo di-
cit minister, Ego baptizote in nomine, &c. Ita hic
dicendum foret benedico frango & do, &c. **Nec** re-
cte nodus iste soluitur dicendo consecrante m loqui
in psona propria cū dicit, **Benedixit, fregit, deditq;**
discipulis suis dicens. **Et** post illud uerbum dicens,
ip̄m incipere loqui in psona Christi, quia cōtra hāc
solutionem pugnat uerbū, effundetur, in bñdictiōe
calicis. **Vbi** ergo esset dicendū qui effusus est, nisi ue-
lis psonam ibi mutare cōtra omnē sensum cōmunē.
Tam uidere licet q̄ obscura & incerta sunt omnia a
Romanis nostris hic asserta, que nec stare possint,
nisi cōmentis fulciantur hūanis. **Quare** melius ma-
nēdū existimo in uerbo simplicissimo Christi. **Si** quis
dixerit uobis q̄a hic est Christ⁹ nolite credere **Est** p̄
terea q̄ fidē Romanā reddit suspectā, q̄a cū articulo
iste esset singularis, & primo forte loco ponēd⁹. **Nō**
tñ collocat in simbolo (ut aiunt) apostolico. **In** decre-
talib⁹ aut̄ papę religiose de ea tractat in Titulo, i. &
ca. i. **Decre.** Que res etiā auget suspicionē papisticū

Mar.

15.

ut

*Quod si non inest in hunc articulum
Ad hunc et conuenit: hoc est in hunc articulum*

6.

De isto deo
antichristi:
deo mauzim
& perfectioni:
vide damete
c. 11.

Ioan
16.

esse inuentū, uel Sathane potius, quod nec puto ali
quē inficias iturū, qui prius tacite secū reuoluerit &
caute tota religio papistica sit supra hoc fundamen
to fundata, Christus qui sola fide cernitur, sola fide
colitur, qui docuit corporalia seruitia pximo impē
denda. Ipsi autē seruiendū in spū per fidem, & quo
hoc facilius fieret, corporalem presentia nobis sub
straxit, quā obesse discipulis testatus est dicens, Si
non abiero paraclētus nō ueniet, **S**athan ut omnia p
uerteret, corporalem Christi presentia persuadere
est conatus, & licet nō in specie hōis, in specie tamē
panis. **A**t panis qui oculis corporalibus cernitur, si
deus esse creditur, corporalibus eget seruitijs: Indis
gnū em esset deū humili casa cōcludi, aut inclusum
sine honore relinqui. **H**inc ergo templa sumptuosa
& ornatus templorū, hinc lampades & tede, hinc ue
stes sacre ex bysso & auro cōtexte: Hinc boatus Mo
nachorum in choro, unctio sacerdotum & Castimo
nia: Hinc pars sacramenti laicis aufertur, & breuis
ter si illud substraxeris ruet uniuersa religio Papę,
quam aliquando casuram, quis dubitabit? cū eā mo
do magna ex pte uideas cecidisse. **H**umanū ergo cō
mentū est in quo fundat, quia si supra petrā esset po
sita cōtra omes pcellas staret inuicta. **N**ō ergo hec
uerba hoc est corpus meū, saluator panē trāsubstan
tiali uoluit, sed p panē seipm dare, sicut mos est qui
busdā in locis, qn uenditor agri possessionē uult tra
dere emptori, dat ei baculū, itramē, aut lapidē, & di
cit, Ecce trado tibi agrū. **I**tē possessio domus datur
per traditionē clauium. **S**ic etiam dñs p panē seipm
tradit nobis, quasi dixisset, **A**ccipite & comedite et

Que sit uera mes et smā Christi: tu dixit.
Accipite et comedite: Hoc est corpus meu.

nolite estimare paruum, quia hoc quod trado uobis signi-
 ficat corpus meum, quod do uobis, dando istud. **Qua-**
 do ergo illud tradet aut in cruce pendet erit pro uo-
 bis, imo omnia que feci aut faciam uestra sunt. **Magna**
 est consolatio ista & dulcissima uerba si recte contem-
 plentur. **Nec** sine causa dictum est, est pro significat,
 quia est multo certius & uehementius predictum sen-
 sum facit sicut dicimus, demonstrando signum pluuie,
 hoc est pluuia quod certius representat pluuia futu-
 ram, quam si diceremus hoc significat pluuia. **Et** simili-
 bus locutionibus plena est scriptura ut Gen. xl. Tres
 propaggines tres adhuc dies sunt. **Similiter** tria Can-
 nistra, tres adhuc dies sunt. **Et** in sequenti cap. Sep-
 tem boues pulchre & septem spicae plenae, septem
 ubertatis anni sunt. **Et** similia abundant exempla.
Romani autem pro sua expositione unum exemplum dare
 non poterunt, nec demonstrare ubi Christus creditur fe-
 cisse miraculum, contra omnem experientiam, cecos illu-
 minauit, mortuos suscitauit, leprosos mundauit.
Sed ita ut omnibus uiderentur mundati, uiuentes &
 uidentes, non solum crederentur tales contra experien-
 tiam. **Talia** uero miracula papa & sui facere solent,
 qui ex pessimo nebulone, lenone aut pirata facit pa-
 trem sanctum & reuerendum Episcopum, Non quod uidea-
 tur per experientiam sanctior aut sapientior quam erat
 prius: **Sed** creditur sanctus ac sapiens. **Similiter** mul-
 ta miracula facit, liberando animas a purgatorio, uel
 dimittendo certas partes penarum a deo infligendarum
 pro peccatis (forsan pro peccatis unius) uel etiam omnes ut cre-
 dit a miseris, contra omnem experientiam, quia tempore pe-
 stilentie aut belli, nihil mitius sentiunt quam quibus om-

De falsis
 papae
 miraculis.

Est
 quare
 dixit
 et no
 signi-
 ficat
 191

In principio mundi...
 In principio mundi...
 In principio mundi...
 In principio mundi...
 In principio mundi...

A.

nis pena est remissa, alijs nullā remissionē habentibus. **D**iudicemus ergo inter panē ore susceptū & Christum quē fide accipimus, quod si quis nō diu dicaret corpus dñi putans se nihil aliud accipere q̄ quod ore suscipit reus est corporis & sanguinis dñi & manducat sibi iudiciū & bibit, quia bibendo & manducando ostendit sibi adesse Christū cū tñ ipse desit Christo per infidelitatem. **M**isereatur ergo noster deus, quāta uidetur esse abominatio ista, filij israel liberati de manu Pharaonis, & pane de celo saturati, recesserūt cito de uia quā ostendit eis Moses fecerūtq; sibi uitulū cōstatilē & adorauerūt, atq; imolantes hostias ei, dixerūt **I**sti sunt dij tui israel qui te eduxerūt de terra egipti. **A**t nos cristiani cito recedentes a uerbo Christi ducis nri dicentis. Si quis dixerit uobis hic est christus nolite credere, panē eleuamus & dicimus. Hic est deus nr̄ qui nos redemit sanguine suo. **D**etestandū hoc est. **N**eq; audiendos puto q; dicūt corpus Christi esse in pane sicut ignis in ferro nisi non audiamus christū dicentē. **S**i dixerint in penetralibus est christus, nolite credere. **D**eī tui uerbū est lector, **N**ō in solo pane uiuūt homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei, nō dicit dominus in hoc uel illo uerbo, sed in om̄i. **N**os autē relictis om̄ibus uerbis que Christus in ultima illa cœna sua locutus est, solum ea nobis adsumpsimus. Hoc est corpus meū, & hic calix noui testamentū est in meo sanguine. &c. sup̄ quibus tot lā conscripti sunt libri qd' uix mense uno quis eos legere possēt. **S**ed nostra culpa est, qui tales meremur scriptores, qd' relinquimus fontem aquarū uiuētū, diuertimusq;

Exodi. 32.

Deutero.
8.

B iij

Qui indigne manducado: nō diuidet corpꝰ dñi: edoret paulo
 1. Cor. 5. Si quis, in frater appellet, fuerit scortator / aut
 laudens / aut simulachrorū cultor / aut conuicator / aut
 ebriosus / aut rapax: in hmoi q̄des ne abū capiat. Item
 de exclusionē ab eukaristia et a regno dei: uide. Ro. 2.
 ad Galat. 5. Ephe. 5.

Mar.
15.

Matth.
23.

uno m̄
trigim
ta dms

ad cisternas ueteres. **O**mne dei uerbū audiendū est &
solū dei uerbū est audiendum, nihil nobis est liberū.
Omni s doctrīna nobis phibita est & omne uerbū p
ter Christi uerbum. Quia hec dicit dñs. Oues meę **Iohan**
uocem meam audiūt, alienorū uocem non audiunt. **10.**
Quid igitur dicis tibi liberū esse loqui, & facere qđ
dñs nō prohibet. Si tu es ovis Christi nō audies eos
q talia dicūt, nonne Christi uerbū precipit & uetat?
Quid fratri tuo subuentum est? si omnes consecra
tas (ut aiunt) hostias cōmederis, & omes uini Cali
ces biberis? **D**icis mihi ego, habeo pceptū dñi, qđ
mihi dicit, hoc facite in mei recordationem, quasi
Christus in eadem cœna non abunde satis docuerit
quid uelit nos facere, quę omīa Iohan. **E**uangelista
quinq; capitibus describit a decimotertio incipiens
usq; ad decimū octauū. **A**udi Audi Israel uerba dñi
dei tui. Hec dicit dñs. **Q**uęcūq; uni ex minimis hijs
nō fecistis mihi nō fecistis. **C**auete falsos doctores, **Matt**
Cauete falsos Christos. **M**ulti uenient dicit dñs in **29**
nomie meo dicentes, ego sum Christus, & seducēt
multos. **O**līm dicebāt, ego sum thome, ego Schoti,
Hieronymi, Augustini, Francisci, &c. **N**ūc qui ue
niunt, dicūt ego sum Christus, interim tñ dilacerāt
fratrē, multi Auari sunt, sui amātes, & quę dei sunt
negligētes, nihil minus q̄ charitatē sectantes, a fru
ctibus eorū cognoscetis eos dicit dñs. **A**t in hoc co
gnoscent omes qđ mei sitis, si dilectionem habueri
tis ad inuicem. **C**erte & hij, quę placita sunt popu
lo loquuntur. **V**eram illam Christi doctrinam, quę
docet, semper iniuriā ferēdam, nūc q̄ inferēdam,
non resistendū malo, sed in bono uincendū malum,

ei qui aufert quæ tua sunt non contra dicendum, pe-
 tenti dimidietatem possessionis, relinquendâ totam:
 Nemo inculcat. **O**mnis ille Christi sermo in monte
 factus penitus negligitur, in quo Christus Christia-
 num hominẽ instituit. **A**tq; omnia quæ docuit in ulti-
 ma illa cœna, per compendium declarat, Hęc nõ do-
 cētur, aut si docentur frigide & iuxta præscriptum
 humanum adhuc, quare sine fructu & sine spū, qui
 si non adest, non possumus recordari omniũ Christi
 uerborum. **N**ec a-derit q̄ diu carnalem eius credi-
 mus presentia, quia ut dicit ip̄e. Si non abiero para-
 cletus non ueniet. **H**ęc pie lector obiter tibi scripsi-
 mus. **V**eram Dominici Corporis manducatio-
 nem & sanguinis potationem, breui emissuri:

si id uoluerit deus. **I**nterim Orane de-

ficiat fides nostra, utq; uere

oues, ueram pastoris:

non alieno-

rum uo-

cem

audiamus. ✠

♦♦

The first thing that I observed
 when I stepped out of the
 morning sun was a warm
 breeze that felt like a
 gentle embrace. The air
 was clear and fresh, a
 stark contrast to the
 humidity of the city. I
 took a deep breath, savoring
 the scent of the earth and
 the promise of a new
 beginning. The landscape
 was a mix of rolling hills
 and small villages, each
 with its own unique
 charm. The people were
 friendly and welcoming,
 their smiles a reflection
 of the peace and beauty
 of the place. I felt a sense
 of freedom and joy that
 I had never experienced
 before. It was as if the
 world had opened up to
 me, and I was finally
 finding my place. The
 sun was high in the sky,
 and the colors of the
 landscape were vibrant and
 alive. I knew that this
 was the start of something
 special, and I was excited
 to see what the future
 held for me.

M. J. H. M.
 1890

nisi sine discretionē sumerētur. Et de hac re tempo-
ribus Thomæ Aquinatis fuerunt, qui dicerēt Chri-
stum in pane esse, sed tanquam in signo (quod alij dixe-
runt sacramentaliter tantum, & non corporaliter)
Licet hanc opinionem ueluti hæreticam Thomas
reijciat, cuius uerbis ut oraculo hærent Romani, nõ
possunt tamen soluere uerbum Christi dicentis, Si
quis dixerit uobis, quia hic est Christus nolite crede-
re. Ad quod etiam uidetur facere uerbum Pauli in lo-
co præalligato ubi dicit, Eadem escam spirituales
manducasse patres in deserto nobiscum. Sed primũ
uideamus, quibus fundamentis suam doctrinã mu-
niant Romani, rem adeo singularem & mirandam
ut huic similis non reperiat in scripturis. Legim⁹
Christum incarnatum sed semel tantum, & hoc in
utero uirginis, At illud ita futurum multis prophe-
tarum oraculis fuit prædictum, per Christum uita,
morte & conuersatione ostensum, ab Apostolis præ-
dicatum. Quod autem Christus quotidie impanat
(ut ita loquar) in manibus cuiusuis sacrificuli, neq;
a prophetis est prædictum, neq; ab Apostolis prædi-
catum, Illo solo fundatur quod Christus dixit, Hoc
est corpus meum, hoc facite in mei commemoratio-
nem, Quibus uerbis si Christus hoc uoluisset quod
dicunt certe unicum uerbum sufficere debere non
dubitamus. Sed mirum quare non similiter dicant
Iohãnem Baptistam transubstantiatum in Heliam
cum de eo diceret Christus, ipse est Helias Mat. xi.
aut Euangelistam in Christũ dicente domino in cru-
ce ad matrem de illo, Ecce filius tuus, Aut Christũ
in Petram cum se demonstrans ait, supra hanc Petrã

A iij

Matth. xi

Ioan. 19.

Matth. 16.

Mar.
B.
1 Cor. 10.

1^o Cor. 10.

Et rursus Petram in Christum, cum Paulus dicit, Petra erat Christus. Vel si hoc loco expositionē accipimus, dicendo, Petra erat Christus, i. representabat Christum, quare in proposito idē nō audemus, maxime cū ait, Hoc agēdū in eius cōmemorationē. Et cōmemoratio absentis saltem corporaliter potius uideatur q̄ presentis. Scio cōsuetudinem in causa esse, quare hoc loco ab expositionē abhorret aures, qd̄ alijs in locis nō contingit. Sed diuersitatis rationem inuenire nō possum, multi similes loci adduci possint ubi Christus se hostiū, uiam, lapidem ueritatis, & Iohā. xv. ait, Ego sum uitis uera, tamē non ibi sumus tam rigidi, ut Christum uitē naturalē, ueram fuisse dicam⁹. Quid nos solo hoc loco angustat, preter q̄ pōtificis auctoritas, nō possum sapere. Cōsideremus ergo pro maiori declaratione triplicē panē spūalem, Christum q̄ fide comeditur, de q̄ Iohan. vi. Manna qd̄ manducauerunt patres in deserto, & Eucharistiā Christianorū, de quo in pposito, inter hos panes que sit differentia uideamus. Et primum de duobus primis locus est clarissimus in Iohanne preallegat⁹, ubi Christus ait Ego sum panis uite, patres uestri manducauerūt manna in deserto & mortui sunt, hic est panis de celo descendens, si quis ex ipso māducauerit nō morietur. Hic manifeste Christus declarat differentiam inter panē Iudeis de celo missum in deserto & seipsum panē quē ipse erat datur⁹ pro uita mundi, quia licet ille significabat Christum e celis uenturū pro uita mundi, nō tamen erat Christus qui est panis uiuus & uite, Ille autē neq̄ uiue

Panis spiritualis triplex.

Iohan. 15.

1.
2.

bat neq; dabit uitam, unde ipsum māducantes mor-
tui sunt. **Q**ui uero Christum manducant non mori-
untur, sed uiuent in eternum. **E**t sic habemus diffe-
rentiam duorū priorum. **D**e tertio aut Paulus, *i. ad* **C**orinth. x. dicit, Eandē esse escam spūalem Iudeo-
rum, cū Eucharistia pane nostro, quē frangimus in
memoriā Christi, qui descendit pro mundi uita, ut
hic significet factum, quod illud significabat futu-
rum. **E**rgo nec Eucharistia panis uiuus & uitę est,
quia etiā ipsum manducantes moriūtur. **S**icut ergo
transitus filiorum Israel per mare Rubrum signifi-
cabat transitū per mortem ad uitam eternam, non
tamen omnes mare transeuntes ad eam uitam per-
uenerunt. Sed tantum illi qui per fidem cōmoriebā-
tur Christo futuro. **I**ta in nostro baptismo significa-
tur transitus per mortem ad uitam, non tamen ad
eam uitā omnes baptizati perueniūt. **S**ed qui Chri-
sto iam mortuo cōmoriuntur per fidem, resurgunt
cum ipso per eandem. **S**ic & manna in deserto signi-
ficabat Christum panem uitę qui ab eterna morte
preseruabat, sed non omnes manna manducantes
ab illa morte preseruati sunt. **S**ed tantum illi qui
Christum futurum fide manducarunt, quia manna
licet significabat Christū, nō tamen erat Christus.
Simile est in sacramento Eucharistie autore Paulo: *i. Cor. 10.*
quare sicut ille nō erat quod significabat, qđ Chri-
stus probat in Iohanne ex eo qđ ipm manducantes a *Iohan. 6.*
morte eterna nō seruabat, Ita nec nra Eucharistia ē

Christus quem significat simili argumēto quia mā-
 ducantes ab aeterna morte non seruat, Ideo nos hor-
 tatur Paulus ne simus concupiscentes malorū, pal-
 pantes nobis propter baptismum, aut panis sacra-
 mentum, quasi haec habeamus praeter Iudeis, uel quasi
 rem nos habeamus, ipsi uero solū signa, Non sic se-
 res habet dicit Apostolus, Nam esca spiritualis ue-
 stra, eadem est cū esca patrum, quare sicut illis non
 pepercit peccātibus, ita nec uobis fatiet, si uobis de-
 fuerit fides, p̄r charitatem recte operans, qua sola
 tam ipsi q̄ nos rem accipimus, istis signis signatam
 Propterea scriptum est psal. xv. Non dabis sanctū
 tuum uidere corruptionem, Sed panis consecratus
 corrūpitur, & a muribus comeditur ut patet experi-
 entia, ergo panis consecratus non est Christus. Sed
 maxime admissio illo q̄, Christus in cœna uerbo uir-
 tutis suae panem trāsubstantiauit, aut ita corpus su-
 um illi uniuert, ut uere & simpliciter dicat, Christus
 est id quod est panis, sine aliqua expositione, Et iā
 huic simile non reperies in tota scriptura a Christo
 uel discipulis factum, quos dixerat tamen omnia &
 maiora facturos Iohan. xiiij. Non tamē adhuc sequit̄
 si Christus hoc fecit, quemlibet sacrificulum hoc fa-
 cere posse. Videamus ergo quibus uerbis tanta pote-
 stas data sit hominibus, dicunt Romani, per haec uer-
 ba, Hoc facite in meam cōmemorationem, At iam
 incertum est, An uerba ista sic sint exponenda, hoc
 quod ego facio facite, uel hoc quod uos facitis facite
 in meam cōmemorationem, Si primum exponen-
 di modum accipimus, iterum in incerto stamus, cū
 certum non habeamus quid ipse fecerit, Sunt enim

ps. 15

Lu. 22.
I. Cor. 11.

Disquirat uerus et sanq̄ intellecto uerborū Christi:
Hoc facite in mei cōmemoratione.

A.
 reichtrumb / gewalt / eer vñ wollust dieses zergenglichen
 lebens / vnd ist der somen der do in die dorn felt. **W**eyter
 seind menschen / die nemendt das gottß wort an / vñnd
 hörendt das vñnd behaltens in ein demütigen hertzen.
Das seind die in denē dz gottß wort würckē / vß welcher
 würckung die frucht volgen mit gedult / vñnd diß ist der
 somen der vff das güt fruchtbar land felt. **A**lso wil ich
 eüch all trewlich ermant vñnd gebettē haben / das ir ewer
 aller grōßisten fleiß wöllē ankeren / vñnd gott vmb gnad
 bitten / das er vnser hertzen also wöll erleuchten / damit
 sye gleichfōrmig werden der fruchtbaren erdē / vñnd also
 gewurtzelt / dz wir mit freyden / liebe vñnd gedult die wort
 Christi **J**hesu annemen / vñnd nit vßschlagen. **D**añ wir
 haben **J**oannis im. xv. vñnderscheidt / das der göttlich
 mundt gesprochen hat. **W**er mich verschmācht vñnd meis
 ne wort nit annimpt / den werden meine wort vñnd
 an dem letzte tag. **D**a von redt auch **E**saias in dē geist
 gottes im ersten vñnderscheidt / da er spricht. **D**ie kinder /
 die ich hab ernert vñnd erhōcht / die habē mich vßschmācht.
Das rindt hatt erkant seinen hertzen / vñnd der esel die
 kripffen seines hertzen / aber mein volck hat mich nit ers
 kandt. **D**as aber wir deßter fleißiger seyen die wort vñnd
 leer Christi an zū nemen / so hörē was hat gott gesproch
 en durch **M**oysen zū den kindern vñnd **I**srael im büch der
Leuiten im. xxvj. ca. **S**o ir mich nit werden hören vñnd
 meine leer annemen / vñnd verschmāhen mein ee / vñnd
 vnwürdigt mein vñndteyl / das ir nit thūnt die ding die da
 seind verordnet von mir / vñnd durchfūrende ewer gelüb
 den zū nichten / dise ding thūnt ich eüch. **I**ch heymlich
 eüch schnelliglich in gebrechten vñnd in hirtz / die da vers
 derbet ewere augen vñnd verwüßtet ewere seelen / vñnd
 sunst säend ir den samen / der da würt verwüßtet vñnd den

frembden. Ich setz mein anzlit wider eüch/ vnd ir fals
 lend vor eweren seynden/ vnd ir werd vnderlegt den die
 eüch hassen/ vñ ir flyehen so eüch nyemandt jagt. Vnd
 so ir mir also nit gehorsam seind/ so will ich meren ewer
 straffsibenfeltiglich vmb ewer sünd/ vnd zerknürschen
 die hoffart ewer hertigkeit. 2c. Liebēbrüder/ welcher
 ein Bibel hat/ der lesß diß Capitel. so würt er grünt
 lich erfahren/ was grossen belonung er denen will
 geben die seine wort leer vnd gebot annemē
 vnd diethünd/ vñ hār widerüb mit was
 grossen straffer die wil straffen die
 seine wort leer vnd gebott ver
 schmähen vnd nitt anne
 men. Damit befylch
 ich eüch vñ mich
 in die gnad
 vnd
 barm
 hertzigkeit
 gottes.

Q **W** **E** **N.**

Getruckt zu Straßburg durch Johānem
 Schwan von Warburg
 im iar/ M. D. xxiiij.



